



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Denkwürdige Beiträge für Geschichte und Rechtsalterthümer

Wigand, Paul

Leipzig, 1858

7. Gildebrief der Schmidte; 1280

urn:nbn:de:hbz:466:1-30944

7. Gildebrief der Schmidte. 1280.

× Anno Dom. M. CC LXXX Nos Godbertus de Uslaria, Volcmarus de Brunswich, Conr. Beseworm, Nycolaus de Luchteringe, Jo. de Natesungen, Arn. de Voltessen, Arnoldus gener Nycolay, Hermannus Rodolfi, Siffridus de Voltessen, Syffridus Parvus, Her. Monetarius, Jo. Bocholt, Consules in Huxaria, Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos pro utilitate et honore nostre civitatis dedimus fabris in ea commorantibus unam gheldam sive fraternitatem, in hunc modum, ut quicumque faber extraneus grossus idem qui grossum opus operari, jamdictam geldam intrare decreverit, unum talentum cere ad candelam, et quinque solidos graves erogabit, quorum XL denarios Consules, et XX denar. recipient fabri. Sin autem aliquis de gracili opere, ut quod dicitur theutonice Kleynsmede predictam gheldam acquirere voluerit, unum talentum cere et III solidos erogabit, quorum duo Consulibus et unus dabitur ipsis fabris. Si eciam de numero eorum invite ipsorum servando forte rebellis fuerit inventus, ita quod super eo querimoniam ad consules detulerint, talentum pro excessu dabit III sol. graves, de quibus judicabitur sicut prius, et ipsi Consules talem rebellem debent cogere ad quod justum est faciendum ... siquis inter eos forte pro nimia paupertate geldam ipsorum eis servire non sufficeret, hic dabit II sol. graves, ad quos ipsi fabri suos denarios adjicient, ut cum hiis denariis alium hospitem possint acquirere, qui eis serviat suam geldam.*) Ad hujus omnis rei evidenciam presentem paginam inde confectam sigillo nostro fecimus roborari. Datum feria ante diem beate Katherine virg. anno predicto.

8. Gildebrief der Kürschner. 1280.

× Anno Dom. M CC LXXX, Nos Godebertus, Volcmarus de Brunswich, Conradus Beseworm, Nycolaus de Luchteringen, Arnoldus de Natesungen, Arnoldus socer Nycolai, Arnoldus de Voltessen, Hermannus Rodolfi, Siffridus de Hollessen, Siffridus parvus, Joh. de Bokhold, Hinr. Monetarii, Consules Huxarie, notum esse volumus universis pre-

*) Die zweite Hälfte der Urkunde ist etwas dunkel, und scheint nicht richtig geschrieben zu sein.